

Elegantiss
sacre Theolog
la Hispanum
dinalium Pre
no dñi. Dece

Hum
vsq; a
Phili

Cum multa ad
mane pditionis in
hostes p̄clarus. n
diuinius. ac saluti
existimari potest.
clusit. venenoz vi
rarum conuertit. c
iecta p̄stravit. Au
magne ꝛ excellent
ꝛ xp̄iani dinoscim
ait. Si quis vult v
suam et sequatur n
inquit mihi gloria
p̄pterea crux natu
diuisa tenebat̄. Q
dicēs. Ut reconcil
ens inimicicias in
militantes sequim
ones ꝛ congregabi
quatuor plagis ter
stra inuicem carite
cie originalis qua i
uauit restitutio. F

00
01
02
03
04
05
06
07
08
09
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

6 . . 45 . 3

n r
El
ar
In

April 1477

ab hu
ndos
tonz
erno.
ia re
m ter
mi de
s xps
i sola
xvi. c
crucē
Elbit
inre
uduz
ninit
erfici
d rps
nati
get a
p̄ no
iusti
p̄ri
t q̄

6 . 45 . 3

¶ Elegantiſſima oratio habita p̄ excellentiſſimū artium ⁊
ſacre Theologie Magiſtrum dñm Rodericum de ſancta El
la Hyſpanum. Corā Sixto. iiii. Pon. Max. In magna Car
dinalium Prelatorumq; frequentia In die Paſceue. An
no dñi. Mccccxxvij. Incipit feliciter. *Iueves Santo 4. Abril 1477.*

Humiliauit ſemetipſum factus obediens
uſq; ad mortem. mortem autem crucis. ad
Philippenſ. ij.

¶ Cum multa admirandaq; munera. S. p. ſint mortalibus ab hu
mane p̄ditionis initio diuinitus p̄ſtita nullum tñ ad deiiciendos
hoſtes p̄clarius. nullum ad compeditoz redemptionem ſanctoruz
diuinius. ac ſaluti humane p̄ducibilius. bñficio crucis hodierno.
exiſtimari poteſt. Quid enim ſalubrius cruce. que celoꝝ oſtia re
cluſit. venenoꝝ vires extinxit. feroces beſtias repreſſit. orbem ter
rarum conuertit. omnia deniq; que homini aduerſabant̄ humi de
iecta p̄ſtrauit. Aut quid nobis cōmodius q̄ crux. cui ſuffixus xp̄ſ
magne ⁊ excellentis eſt nobis virtutis exemplo. Cruce enim ſola
⁊ xp̄iani diuoſcimus. ⁊ xp̄um ſectamur. Unde dñs per Math. xvi. c
ait. Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum tollat crucē
ſuam et ſequatur me. Et diuinus Ap̄tuſ Paulus Galat. vi. Abſit
inquit mihi gloriari niſi in cruce dñi noſtri Iheſu xp̄i. Deuinxit
p̄pterea crux naturam humanā que in duos populos iam duduz
diuiſa tenebat̄. Quā rem Ap̄tuſ Paulus ad Ephe. c. ij. meminit
dicēs. Ut reconciliet ambos deo in vno corpore p̄ crucem interfici
ens inimicicias in ſemetipſo. Nam hoc crucis verillum quod xp̄z
militantes ſequimur. De quo Heſa. ait. Et leuabit ſignum in nati
ones ⁊ congregabit profugos Iſrabel. ⁊ diſperſos iuda colliget a
quatuor plagis terre. Hoc inq; ſignuz p̄fecto nihil aliud eſt q̄ no
ſtra inuicem caritas hominis ad deū gratia ⁊ reconciliatio ⁊ iuſti
cie originalis qua ille fallaciſſimus ⁊ calidiſſimus hoſtis nos pri
uauit reſtitutio. Nec aliud crux iſta quam coram cernit̄is eſt q̄

deuicti hostis ⁊ recuperate felicitatis triumphus. De misterio igitur crucis ac xp̄i passione dicturus vererer magnope nisi exploratam tue sanctitatis ⁊ hui⁹ sacri senatus erga xp̄m pietatē ⁊ humanissimam erga me censuram haberē. Proinde de acerbissima passione ⁊ indicibili tollerantia xp̄i quis ferreo impij⁹ pectore cū lacrimis ⁊ patiētissime nō audiat xp̄ianum sermonē. Atq; hic totus infallos xp̄ianus erit. Non enim hodie iudico me aliquid scire nisi cū Ap̄lo. i. Cor̄. ii. Ihesum xp̄m ⁊ hunc quidem crucifixū. Conueniamus igit̄ oremusq; insigne redemptionis nr̄e crucē vt ip̄a que sola omnibus saluti nr̄e p̄ducentibus p̄sidio adest det nobis digne eius misteria ⁊ reconditos altosq; sensus delibare. Idq; eccl̄iastica illa oratione imploremus. **O** crux aue spes vnica.

Humiliauit semetipsum.

Duo potissimū. B. p. de hoc altissimo crucis sacramēto in hac eius diuinissima ac celeberrima die mihi cognitu digna vident̄. Primum q̄obrem xp̄s homo sanctissimus idemq; deus mortē. mortē inquā turpissimā amarissimāq; crucis subire voluerit. Alter⁹ passionis acerbitas. lacrimis cōpunctionis ac penitētie plena. que si vt solet. S. t. suas benignissimas aures accōmodauerit quā strictissime pcurram vt possim cum Ap̄lo ad Ephe. c. iii. cōprehendere crucis longitudinē. latitudinē. sublimitatem. ⁊ pfundum. Primam huius vere salutaris atq; stupende passionis causam tā et si alta sit prouidentia creatoris mundi atq; rectoris. Ro. ii. ⁊ inscrutabilia sint iudicia ei⁹ ⁊ inuestigabiles vie eius. Verumtamē si quid eo docente sapimus ⁊ theologice altiusq; repetamus volūtatem arbitroz fuisse diuinā. Nempe hec prima summaq; ratio et causa est rerum omnium atq; motionum. Que quidem non habz causam si absolute loquamur. cum causarum omniū prima existat. Ea quippe decreuerat ab eterno deus in misterio prescientie sue qua omnem temporis varietatem supergrediens in sue simplicitate

tis presentia humanum casum preuiderat neminem ad paradisu
 posse admitti. nisi in vno homine tanta esset humilitas que toti
 humano generi sufficere posset. Ad est autem inuentus quispiam
 mortalis. in quo hoc diuinum institutum posset impleri. nisi leo
 de tribu Juda. Apoca. v. Qui aperuit librum et soluit signacula ei
 implendo in se omnem iusticiam. i. consumatissimam humilitatem qua
 humiliavit seipm. Philip. ii. Factus est obediens usque ad mortem.
 mortem autem crucis. Hanc primam causam aperuit Hesa. xxiij.
 cum inquit. Dns voluit contere eum in infirmitate. Fuerunt
 et alie permulte cause vt voluntas humana xpi et eius caritas qui
 bus sponte propria passioni se obtulit sortitus profecto erat spiri
 tus eius ex vnione ad verbum diuinum corpus suum ab omni lesi
 uo inflicto tutari posse. Fuit propterea causa. commissum humanuz
 dyabolus instigando. Pylatus ex pauore condemnando. Judas
 prodendo. Iudei accusando. Gentiles rem conficiendo. Et coplu
 res alie quas incidamus oportet. ne nimium sero. ad vtilioza veni
 amus. Tametsi opere precium sit eam non preterire quam neces
 sitati conditionate suppositionis. aut finis scolastici tribuunt. Ea
 quippe est ne falleretur prefinicio diuina que de ista morte ora p
 phetarum ab initio resoluerat atq; copleuerat. Unde dns apud lu
 cam. capto. xxiiii. ait. Filius hominis sm quod scriptum est vadit.
 Et iterum per eundem. Hec sunt verba que locutus sum ad vos
 cum adhuc essem vobiscum. quoniam necesse est impleri omnia
 que scripta sunt in lege Moyse prophetis et psalmis de me. Et quo
 niam scriptum est. Oportet xpm pati et resurgere a mortuis. Veru
 enimvero cum tam Hebrei q; impius faustus manicheus hunc
 euangelicum locum impudentissima fronte inficientur. non erit
 ab re eorum sacrilegos atq; impios ausus q; breuissime cōpescere.
 Equidem figuras atq; sacrificia que hoc sacrosanctum crucis mi
 sterium pertēdebant vitande prolixitatis causa transibo ne effica
 tiora testimonia temporis angustia preterire compellar.

¶ Incipiamus igitur a Patriarcha Jacob qui cum iam Israhel

in egipto moriturus filios suos pphetice bñdiceret vt habet Ge
nes. xlii. ad iudā ex quo xps puerus ait. Catulus leonis iuda ad p
dam fili mi ascendisti requiescēs accubuisti vt leo quis suscitabit
eum. lauabit in vino stolam suam ⁊ in sanguine vne paliū suū. ver
bo accubitus mors xpi pphetice predicta est ⁊ nō necessitas. Sed
ptās in mortē nomine leonis significat. ad quā ptātem pertinet
qd de resurrectione adiūgit. Quis suscitauit eū. hoc est nullus ho
minū. sed ipe qui dixit Jo. ij. Soluite templum hoc ⁊ in trib⁹ die
bus reedificabo illud. Sublimitas autē crucis prenotat cū inquit
Ascendisti requiescens accubuisti. Hoc enī est qd euangelista ait
Jo. xix. Inclinato capite dedit spiritū. Stola ho eius quā lauat in
vino ⁊ paliū quid est nisi ecclia. Et in pmo Regū volumine .c. ii.
Anna in Cantico ait. Dñs mortificat ⁊ viuificat deducit ad infe
ros ⁊ reducit. Ita ne verba hec vni⁹ putabunt esse muliercule de
nato sibi filio gratulātis tantū ne mens hominū a luce veritatis
auersa est vt nō sentiat supgredi modum femine hmōi verba que
fudit. nā qui pprio filio nō pepercit sed pro nobis omnib⁹ tradi
dit eū. Ad Rom. viii. Isto vtiq; mō mortificauit eū. ⁊ qz suscitauit
a mortuis eundem rursus viuificabit. Et qz in eximio pphetarū
de xpo dauid vox eius agnoscit psal. xv. Nō derelinques animā
meā in inferno eundem deduxit ad inferos ⁊ reduxit. Et in psal.
lxxviii. Quis est hō qui viuit ⁊ nō videbit mortē eruet animā su
am de manu inferi. Qui quis est nisi xps Ihesus. De quo dicit
Apl⁹ ad Ro. vi. Qz surgēs a mortuis iā nō morit⁹ ⁊ mors ei vl
tra non dñabit. Et in psal. xv. Eripies inquit me de ptraditioni
bus populi ⁊ pstitues me in caput gentiū. Qd ita claz est de xpo.
vt nō solū infideliter ⁊ infeliciter sed etiam impudenter neget. Et
in psal. xxj. passionis sue humilitatē graui cū exclamatione expo
suit dicens Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti.
Et paulo post. Omnes videntes me deriserunt me locuti sunt labi
is ⁊ mouerūt caput. dicētes Sperauit in dño eripiat eum. Et post
multa que aptissimā pphetiam ptinent addit. Foderūt man⁹ me
as et pedes meos. dinumerauerunt omnia ossa mea ipsi vero psi

97

derauerunt ⁊ inspexerunt me. Quibus plane verbis in cruce cor-
pus significauit extensum. manibus pedibusq; confixis. ⁊ clauoz
transuerberatione p̄fossis. eoq; modo se spectaculum p̄siderantib⁹
⁊ p̄spiciētibus prebuisse. Addens etiam. Diuiserunt sibi vestimēta
mea ⁊ super vestem meam miserunt sortem. Que prophetia quē
admodum cōpleta sit euāgelica lectio demonstrat. In psalmo eti-
am. iij. ex p̄sona xp̄i canit. Ego dormiui ⁊ soporatus sum ⁊ surrexi
quoniam dñs suscepit me. An forte quispiam ita desipit vt cre-
dat prophetam velut aliquid magnum nobis iudicare voluisse q̄
dormierit ⁊ exsurrexerit. nisi somnus iste mors esset. et euigilatio
resurrectio. quam de xp̄o sic oportuit prophetari. Nam et in .xl.
psal. multo manifestius id ostenditur. vbi ex persona eiusdem me-
diatoris more prophetico tanq̄ preterita narrauit. que futura pro-
phetabantur. quoniam que futura erant iam in p̄destinatione et
prescientia dei velut facta erant. inimici inquit mei dixerunt ma-
la mihi q̄n̄ morietur ⁊ peribit nomen eius. Et de p̄ditore subdit.
Ingrediebatur vt videret ⁊ egrediebatur foras. s. ut proderet. ⁊ cū
diceret verbum iniquum constituerunt aduersum me. i. decreue-
runt r̄e interficere. Subdit. frustra eos tantū facimus cōmissu-
ros. Dicēs. Nunquid qui dormit nō adiciet vt resurgat. ⁊ tā mag-
num occisionis nephas nō impune facturos p̄sequētibus indicat
versibus inferēs. Etenim homo pacis mee in quo speravi qui ede-
bat panes meos magnificauit sup me supplantationē. Tu autem
inquit dñe miserere mei resuscita me ⁊ retribuā eis. quis hoc iam
neget qui iudeos post passionē resurrectionēq; xp̄i de sedibus su-
is bellica strage ⁊ excidio funditus eradicatos videt. Et in psal.
lxvij. Dederūt in escam meā fel. ⁊ in siti mea potauerūt me aceto.
Et mox intulit. fiat mensa eoz coram ip̄is in laqueū ⁊ in retribu-
tiones ⁊ in scandalum. Obscurent̄ oculi eoz ne videant r̄c. que nō
optando sunt dicta. sed optādi specie prophetādo. que quoniam in
Salamonis p̄sona cōscripta est. ideo eius titulo inscribitur. ita ha-
betur. c. ij. Circūueniamus iustum quoniā inutilis est nobis ⁊ cō-
trarius operibus nostris. Et post multa contumelia et tormenta

interrogemus eum. morte turpissima p̄demnemus eū. Erit enī re-
spectus ex sermonibus illius. In puerbioꝝ propterea libro. c. i. le-
gimus viros impios dixisse. Abscondamus tendiculas contra in-
fontem. deglutiamus eū sicut infernus viuentem. ⁊ integꝝ quasi
descendentem in lacum omnem p̄ciosam substantiam repiemus.
Qd̄ non ita obscurum est vt de xp̄o ⁊ possessione eius ecclia sine
operosa expositione nō possit intelligi. Tale enim aliquid malos
colonos dixisse dñs in Euāgelio ostendit. Venite occidamus euz
⁊ nostra erit hereditas. Ose. vero p̄pheta. c. vi. ita de passione ⁊ re-
surrectione ait. Sanabit nos qd̄ est per mortem suam. Et sequitur
Viuificabit nos post duos dies. ⁊ in die tertia suscitabit nos scilz
consurgendo ei. Sed quemadmodum dicit Ap̄lus. Colo. iiii. Si cō-
surrexistis cum xp̄o que sursum sunt querite. Hesa. vates nobilis-
simus ita multa de xp̄o predicat vt a quibusdam euangelista q̄ p̄-
pheta potius dicatur. qui inter q̄ plurima vaticinia hec preclarissi-
ma de xp̄i morte perhibuit. Sicut obstupuerunt sup te multi sic ī
gloriosus est inter viros aspectus eius. ⁊ gloria ei⁹ inter filios ho-
minū. Et iterum. c. i. Dedi corpus meum percutientibus genas
meas. velantibus faciem meam non auerti ab increpantibus ⁊ cō-
spuentibus in me. Et postea. c. liii. Vere languores nostros ip̄e tu-
lit. et dolores nostros ip̄e portauit. et nos putauimus eum quasi
leprosum. ip̄e autem vulneratus est propter iniquitates nostras.
Et post longam de xp̄i morte historiam potiusq; prophetiam con-
cludit. Rursus iustificabit ip̄e iustus seruos meos multos pro eo
q̄ tradidit in mortē animā suam. ⁊ cum sceleratis reputatus est.
⁊ ip̄e peccata multoꝝ tulit. ⁊ pro transgressoribus rogauit. Que-
si exponere curem eloqui prophete obtundetur sapor. Et Hyere.
Treno. iiii. ait. Spiritus oris nostri xp̄us dñs captus est in pecca-
tis nostris. cui diximus. sub vmbra tua viuemus in gentibus.
Jone. ii. Jonas autem propheta non tam sermone q̄ sua quadam
passione prophetauit r̄pm profecto apertius q̄ si eius mortem re-
surrectionemq; voce clamaret. Ut quid enim receptus est in ven-

tre beluino ⁊ die tercio redditus. nisi vt significaret xpm de profundo inferni die tercio rediturus. Daniel quoq; ait caplo. ix. post ebdomas. lxii. Occidetur xpus et non erit eius populus qui eum negaturus est. Et zacharias. c. ii. Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et subdit. decorum precium quo appreciatus sum ab eis. Et iterum caplo nono. Cum humilimum regem venturum filie syon prophetassent apostrophatis ad regem mortem eius prenunciat dicens. Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti viros tuos de lacu in quo non est aqua. qui lacus humane miserie siccam profunditatem quoddammodo ⁊ sterilem. vbi non sunt fluentia iusticie sed iniquitatis lutum significat. De quo etiam lacu in psal. xxxix. dicitur. Et eduxit me de lacu miserie. et de luto fecis. Obmutescant igitur hostes crucis qui in sacris codicibus mortem xpi prenunciatum negant. Nec est ambigendum deo cui cuncta ad nutum obediunt alium liberationis humane modum fuisse possibilem. Sed sic iusticia vincitur dyabolus non potentia. Et magne immortalitatis spei proponitur nobis xpus qd nostrum dignatus sit inire consortium. ⁊ mala nostra moriendo perferre. Accedit qd cum tanto precio scilicet sanguine xpi nos redemptos animaduertimus. immunes a peccato nos conseruare studemus. ⁊ maximam dignitatem humanam in victore xpo hoie cognoscimus. Passum est enim verbum diuinum carne ⁊ crucifixum carne. id est fm humanam naturam. Iuuenili autem etate vt magis caritatem erga nos suam ostenderet. Proinde ne etas que fert omnia defectu senili eum afficeret qui omni morbo caruit. Postremo vt in flozente iuuenta moriens et resurgens futuram resurgentium floridam conditionem in seipso premonstraret. Etate nimirum mundi perfectissima. Qua et ingenia. Et artes. omnesq; mentes florebant scilicet Anno mundi 5. 2. 30. Libertarii anno. xviii. duobus geminis consulibus. Mense primo qui Aisan ab hebreis a nobis aprilis nuncupatur.

xviii. vero luna que ab Jobe diem naturalem faciente hebreo mo-
re a vespera. xiiij. computatur. Hora autem tertia secundum Marcum si ad
linguas crucifigentium Sexta vero secundum alios euangelistas si ad cru-
ci affixionem referatur. Et si nonnulli vicio scriptoris hanc differē-
tiam tribuant. Nec est ab re quod Hierosolimis mortem subiit. Quippe
per Hierosalem locus sacrificijs dicatus erat. Et quia in medio ter-
re habitabilis sita inde uti a corde in omnes partes terre virtutem
crucis processuram significauit. Scriptum enim erat Ihesa. ij. De
syon eribit lex. Et iterum Ihesa. .xxix. Et exiet ex syon qui eripiat
et auertat impietatem ex Jacob. Decebat preterea humilitati eius
qui abiectissimum mortis elegerat ut in celeberrimo loco occisus
minore confusione afficeretur. Extra portas vero urbis non sub
tecto. non in templo ut et populo illi gentibusque comune sacrificium
sui corporis haberetur.

Video Beatissime pater sermunculum meum per causas ac circū-
stantias dominice passionis prolixius fortasse quam decuit traduxis-
se. Quamobrem ad eius acerbiteriam aperiendam longe breuior si
paulisper me fertis cursus conceditur. Que profecto me dixerim
pissimos quales vos estis verum etiam agrestes et indomitos vi-
ros ex silice excisa precordia ad luctum commoueret illos animi mo-
tus quos greci pati. Aostrorum autem quidam sicut Cicero per-
turbationes. Quidam affectiones vel affectus. Quidam vero si-
cut Apulleius e greco expressius passionem vocat tam Platonici
et Peripatetici quam Seno et Crisipus stoicorum princeps. et nostre sacre lre.
in quibus christiana eruditio continetur. in sapientem posse cadere si in-
tegra maneat rationis censura assueuerat. quo pacto et animi et
corporis passionem et quidem vehementissimas et maximas christum
subiisse. quis qui crucis fructum presentit ignorat. Nam si alia tace-
amus num omne genus hominum ut iudeos gentesque. viros. fe-
minas. principes. ministros. familiares. et ignotos in eum con-
spirasse parum ad augendum dolorem putemus. Huc accedit crux.

49

genus mortis amarissime. Quid enim durius quæ pedibus manibusque affligi. ubi nervi et eapropter dolorum sensus maxime viget atque corporis gravitas pendentis et exaltatio spiritus diuturna grauior est quæ si vno casu vitam quis finiat. Auxit preterea dolorem cecitas ferientium. Discipulorum fugientium scandalum. Optima corporis complexio. quam in miraculosa per spiritus sancti fabricationem admiraculose facta semper perfectissima sunt sortitus erat. Adde quod in christo non est mitigatus dolor inferiorum virium per superiores. vti in aliis martiribus accidere solet. Quia cuiusque suo fungi officio permisit. et quod maiore sapientia et caritate pro maximo scilicet primi parentis commisso maxime contriuit. Et quod vita eius tante dignitatis fuit potissimum propter diuinitatem unitam vt de eius amissione etiam ad breue momentum grauissime dolendum esset. Quamobrem exclamat per Hieremiam caplo. xii. dicens. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. Et iterum per eundem treno. primo. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Omitto quod tota anima christi ex parte subiecti corporis cui per essentiam unita patiebatur. licet ex parte obiecti summa voluptate frueretur. et pleraque alia quo citius paucos euangelii locos percurram. Offert sese in primis impudentissimus proditor discipulus Judas. intestinum occultum. ac domesticum malum. De quo vox illa diuina. Miche. v. Inimici hominis domestici eius. huius inquam vnde vox illa sceleris plena est. Quid vultis mihi dare. et ego vobis eum tradam. Et modum traditionis prebuit. dicens. Quemcumque osculatus fuero. pro eo quod porro cogitauit. quid ausa est infelix mens detestandum facinus. Quibus post hec oculis magistrum aspexit. Quo osculatus est ore. Quod signum prodicionis dedit. Quicumque osculabor inquit. Confidebat profecto in lenitate magistri. Que res per maxime illum confundere et omnino priuare venia sufficit. Unde acerbos conscientie tanti sceleris stimulos non ferens impiissimam animam corpusque dei mise-

72

ricordiam exiciabiliter desperans in sese seuiſſimus occidit. Inter
ea dñs intensius orat ad patre ⁊ dicens. Pater ſi poſſibile eſt trāſe
at a me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu.
Ubi duplicem in ſe contra Euticem. Seuerum. Apollinarium. Ae
ſtorium. Macharium. Antiochenum. Cyrillum. Alexandrinū. Ser
giuz. Conſtantinopolitanum. eorumq; ſequaces voluntatē demon
ſtrat. quibus accedit ſenſualitatis affectus. quo deo ⁊ ratione ſic
dictantibus in orationem prumpitur. Atq; ne poſſent heretici di
cere q; ſolitudinem. trititiaz. orationemq; iſtā ſimulauit. Idcirco
⁊ ſudores vberius velut quaſi gutte ſanguinis decurrētes in tetrā
dafluxerunt. ⁊ mille ſigna timoris apparuerunt. Nec defuit mini
ſter angelus confortans humanitatem eius hijs verbis. O lux de
cus ⁊ ſpes fidiffima. angeloz ⁊ hominum. quibus tandiu relucta
ris anguſtus. Memento obſecro obedientie Iſaac ⁊ patris inſti
tutū mitteris. ⁊ te ſine humanum genus redemptum iri nō poſſe.
rumpe igitur ſtrenue dudum mortis caliginē. oppreſſis ſer opem
expecta dñm viriliter age. confortetur cor tuum ⁊ ſuſtine dñm. qñ
quidem tibi per patrem oblato reſurrectio nomenq; ſupremum et
ſempiterna gloria manet. Porro ex xp̄o propheticum illud reſpon
ſum agnoſcimus. Pſal. xxvi. ⁊ xciii. Paratum cor meum deus. Pa
cor meuz. ſm enim multitudinem doloruz meorum in corde meo
conſolationes tue letificauerunt animam meam. Continuo p ſate
lites captus. atq; ad Cayphe principis ſacerdotum tribunal duc
tus. q; ſe parem deo adiuratus rñderat. blaſphemauit inquit Cay
phas. ⁊ quo atrocius xp̄i dictum videretur ſtatim ſcidit veſtimēta
ſua. oblitus precepti quod de principe ſacerdotum in leui. c. xxi. le
gerat. Veſtimēta ſua nō ſcider. Cumq; hoc facto eos ad xp̄i con
demnationem impelleret. ſubclamant. Reus eſt mortis. Et mor
ſpuentes in faciem eius. colaphis eum ceciderunt. Alii autem pal
mas in faciem eius dederunt. velantes ei faciem ⁊ petentes.
Prophetiza nobis xp̄e quis eſt qui te percuffit. et alia que anim⁹
meminiſſe horret. luctuq; refugit. Nam quid huic contumelie po
teſt equari. cum deo ſit iſta tam nepharia. tam inſignis iniuria.

Cum in faciem illam venerabilem. quam fluctus maris reueriti
 sunt. quam sol in cruce videndo radios occuluit. Spuebant. Cede
 bant. Caput percutiebant. Nabunde animos suos explentes. Dic
 Petrus qui paulo ante capi martiriū videns. adeo ob amorē incē
 sus efferbuit. vt stricto gladio seruū peussit. Quando magis at
 q̄ magis inflammari debebat. tot tantaq̄ in xp̄m obpropria vidēs
 q̄ audiens. pauore superatus. bis terq̄ negauit dicens. Non noui
 hominem. Idcirco autem diuina prouidētia permisit. vt princeps
 ipse Apostolorum laberetur. Quo ergo peccantes duriores sen
 tentiam proprii casus consideratione temperaret. Sed sunt non
 nulli. pio erga Apostolum Petrum affectu locum hunc ita interp̄
 tantes. Non noui hominem. quia noui deum. Alij vero dicunt q̄
 ex pietate negauit. ne foras eiceretur. quod q̄ frivolum sit nemo
 sane mentis ignorat. Si enim Petrus non negauit ergo sefellit p̄
 scientia dñm qui dixerat. *Ter me negabis.* Et iterum. Spiritus
 quidem promptus est. caro autem infirma. Et alibi. Et tu aliquā
 do conuersus confirma fratres tuos. Nec tamen negans Petrus
 directe caritatē amisit. s. per actualem contemptuz. Sed vt Aaron
Exod. xxxiii. Erranti populo ad ydolum fabricandum non con
 sensit inductus sed cessit obstrictus. ita Petrus timore victus deo
 permittente cedens. qui est actus contrarius caritati. indirecte ca
 ritatez amisit. sed subito eam recuperauit. *Missa tñ hec faciamus*
Postea damnatum Ihesum deducunt ad Pylatum. calide cogitā
tes vt sententia ab eis prolata executioni mandaret. Et perinde
 ac iniquus tirānus ⁊ factiosus iurisdica viderēt morte necatus.
 Sedet pro tribunali iuder. querit causam p̄demnationis. quā cum
 nō reperiret. quūmo ⁊ testimonio vxoris p̄ somnia perterrite. ⁊ oī
 bus sanctitatē non flagitiū probantibus argumentis eum e mani
 bus eorum maximo cum studio conat̄ eripere. Uex post mīta am
 bitione retinende dignitatis ignauissime flexus. cruciādū. flagel
 lādū. deridēdū. ⁊ illud serenissimū sc̄tissimūq̄ caput. nūc pugnis.
 nū calamo cedēdū. nūc x̄o corona ex spinis p̄tecta decorādū. ⁊ qm̄
 hec pua videbant̄. tādē cruci nudū affigēdū turbe ipie dedit. Ubi

vt nihil a dolore vacaret acetum ministri ori admouent. Nec hiis
furoribus animū explent nisi in patibulo pendentē derideāt. Et
transeūtes amaris eū impetāt verbisq; rebus ip̄is nonnunq; sunt
gramozia. Et qm̄ scriptā a Pylato cām de qua dñs p̄ Hesa. c. xix. p̄
dixerat. In die illa erit altare dñi in medio terre. ⁊ titulus dñi iux
ta titulū eius. Hūc inq; titulum tollere nō poterāt. egre enī fere
bant regem suū supscribi. quē sordido seruilisq; mortis genere vita
defungi coegerant. atq; Pylati mentē immotā cernebāt. dicentes
Qd̄ scripsi scripsi. Ideo vituperādo nitebant̄ ostēdere qd̄ rex nō es
set. vñ tumultuātes in vulgus aiebāt. Si rex Israhel est descēdat
nūc de cruce. Et itez. Alios saluos fecit seipm̄ saluū facere nō pōt
Et rursus. Si vult eū de? saluet nūc eū. O insani scelestiq; ac proz
sus amētia ceci homines. an pphete nō erāt quoniā eos deus a pi
culo nō eripuit. immo vero erāt. vñ etiā testimonio. ⁊ si a vobis i
iuria vexarent̄. quid̄ igit̄ huic furozi vñ par existimari pōt. nihil
tñ vel dicēdo vel faciēdo aduersus xp̄i estimationē hoc astu effice
re valuistis. Nā ⁊ Ceturio p̄fessus est dicēs. Vere fili? dei erat iste
Et latro qui vitā omnē in sceleribus egerat tūc maxime qm̄ ista di
cebatis. regni eius fecit mentionem. ⁊ plebs ipsum amare flebat.
Et eclipsis de celo a sexta vsq; in horam nonā apparentes vestruz
probat vt vel tunc ira deposita non nihil pñie ab hoc signo conse
queremini. Mirabilius certe erat talia efficere dum esset in cruce.
q̄ a cruce descendere. Hanc eclipsim non canonico siderum cursu
accidisse ex hys constat qd̄ in plenilunio accidit. et qd̄ cum nona
hora luna esset sub sole eodem vesperi apparuit in orizonte orien
tis soli per dyametrum opposita. Item cepit a parte orientali ob
scuritas et defuit ab occidentali preterea tres horas durauit cum
naturalis solis eclipsis propter motus lune velocitatem breui ve
lut momento pertranserat. vnde fortasse luna sub sole quieuit.
Prophetauerat autem de ista eclipsi longe ante Iheremias dicēs
caplo. xv. Occidit ei sol cum adhuc esset dies. Rursumq; Amos ca
plo. viij. Erit in die illa dicit dñs occidet sol meridie ⁊ tenebresce
re faciam̄ terram in die luminis. Apparuerunt et tanti facinoris

per multa alia signa que si nō ab xp̄o sed a patre facta putabant. Oportebant tamen cum ire diuine forent indicia ppter hoc amoueri atq; cōpungi. Clamat enim in fine tenebrarū vt intelligerent adhuc eū viuere et ab eo tenebras factas et vsq; ad extremū spūm honorari ab eo patrem discerēt. Deus deus meus vt quid dereliquisti me. Que vox velum tēpli scidit. monumēta apuit. tēplum ipsuz in desolationem redegit. indignos illos esse qui in eo puerfarent ostendens. et qz homines cū moriunt vix vocem emittere pnt vt ex hoc se deū mōstraret clamās itez voce magna emisit sp̄ritum. Et post hec unus de militibus pterue accedens. lancea latus eius percussit atq; apuit. Nō enim eos satiauerat q; caput corona calamo pugnis. faciē sputis. maxillas alapis. corpus reliquū flagellis. nuditate amictu clamidis adoratione silata. manus calamo quē pro sceptro tenere dederūt. Os quoq; ipm et linguam aceti ac fellis portione quibus nil vnq; acerbius excogitari pōt. sed eo impietatis deuenerunt vt mortuū iā corpus verarēt. Sed vos appello tortores. tecū oro quondam dñi popule si tecū xp̄us ppheticis per Micheam. c. vi. vocibus nunc vteretur qd̄ esses illi queso respōsurus. Popule me? quid feci tibi aut quid molestus fui tibi. elegi Jacob dilexi ac foui. sc̄tificauī p̄ez tuū Abrahā. et manifestauī me sibi ita vt in ple sua cognosci solum p̄tentus essem. Cum in ergastulis Egyptioꝝ grauissime p̄mereris signis atq; pdigiis te liberaui. ac mare rubꝝ sicco te transire pede feci. vnda hinc atq; hinc cedēte que in sese virtute mea rediens. In Exodo leuitico numero et luca et ceteris hostes tuos coopuit et oppressit. sed cū in deserto i via et in aquosa tenereris ad viā die noctuq; colūna nubis ignis p̄cessi. ad potū vero aquas que p̄ amaritudine bibi nō poterāt ligno immisso dulce feci. et p virgam pcussa petra tāte multitudinī habundantia fluēta p̄bui. māna esurienti omne delectamentum in se habens de celo misi. Cum carnibus desiderares vesci que tanto populo nulle sufficere videbant̄ volatilibus suauissimis castra cōpleui et cupiditatis ardoꝝ fastidio facietatis extinxi. cunctos hostes tuos p te expugnaui. terra fluente lac et mel te donauī. atq; vt

reliqua erga te immensa beneficia taceã. tibi soli legem meaz dedi
ex te sacrosanctam humanitatis mee carnem accepi. ⁊ ad te solum
me missum dixi. Et pro om̃ibus hiis heccine reddis dño deo tuo
popule stulte ⁊ insipiēs tu acerbissimos cruciat⁹ in bñfactorē dñz
deū tuū ingratus parasti. ⁊ pro summa copia bñficioꝝ summã co
piã tormentoꝝ repēdisti. ⁊ incredibili siti ad hauriendū meū sang
uinē aduolasti. Et nos o p̃res qui maiora hiis munera ab xp̃o rece
pimus. pponamus ante oculos ñros ducē salutis ñre xp̃m. et hūc
crucifixū reuocem⁹ p crucifixã salutē. obsecro. ⁊ infigam⁹ animis
q̃ lenissimus fuit dñs cū pditore. q̃ liberalissim⁹ erga discipulos
vigilantissimus in cōem mūdi salutem. p̃stātissimus in tormētis.
obsequētissimus p̃ri. clemētissimus in tortores. Discamus a cruce
nostris cupiditatibus impare. parcere furori. odia eradicare. pro
malis bona tribuere. p̃tumelias pro xp̃o equo animo p̃ferre. libidi
nes refrenare. spernere voluptates. arcere auaritiã. honores cō
temnere. animã pro ouibus exponere. de cunctis vicis triūphare
omnesq; animi labes repellere. Tu vero indulgētissime dñe Ihesu
su xp̃e ea caritate qua hodierna die hanc ecclesiam tuo sanguine
cōparasti. p̃tege eã obsecramus. Nã p̃pter te mortificat̃ tota die.
estimata est velut ouis occisionis. Si enī p̃teream⁹ eas p̃secutiōes
que a Nerone. Domitião. Traiano. Antonino. Seuero. maximo
decio. Valeriano. Aureliano. Diocletiano. Maximião. Si mitta
mus Julianã apud Antiochiã. Valentinã. Gothianã. Persianã.
Linquamus istã sane p̃secutionē nouissimã quã ab immanissimis
hostib⁹ turchos dico quot añis patit̃ equo tãdiu aĩo patieris. Nō
ne aliqñ extigues. siquidē nisi abenas furētis belue cōpescis extig
uet nunq; de terra nomē tuū. q; pignus abste accepim⁹. Mathei
xxvi. q; nobiscū p̃manebis vsq; ad p̃sumationē seculi. sed venient
p̃chdolor imple gētes in hereditatē tuã ⁊ polluētes sanctuariū tu
um. ponēt̃ mortalia seruoꝝ tuoꝝ p̃scã volatilibus celi. ⁊ carnes san
ctoꝝ tuoꝝ bestiis terre. effundētes sanguinē eoꝝ sicut aquã in cir
cuitu Hierusalem. ⁊ vagabit̃ nomē tuū. Et hanc urbē arcem reꝝ ⁊
caput orbis certã tui nois sedem nō tenebit. Memēto igit̃ obpro

bria seruoꝝ tuoꝝ. excita potentiã tuã. ⁊ abige a grege tuo lupum
 hunc rapaciſſimũ. respice tandem respice queſumus ſup hãc ecclia
 tuã. ſup hunc vicariũ tuũ Sctiſſimũ dñm noſtrum Sixtũ. quẽ be/
 nigniſſimũ ecclie tue paſtorẽ p̄ſeſſe voluſti. ſup hº orbis terre cõe
 ampliſſimũ diuiniſſimũq; p̄ſilium. ⁊ ſup om̄es xp̄ianos filios tu/
 os pro quibus nõ dubitaſti humiliare teiſpuz viſq; ad mortẽ. mor/
 tem autẽ crucis. Vos vero Ap̄loꝝ principes Petre ⁊ Paule huius
 nauis remiges. ⁊ loci huius p̄ſidia tutiſſima. adefſote nobiſcũ ſup/
 plices. vt veſtris apud xp̄m auſpitiis freti. pacem oppreſſis hoſti/
 bus impetremus. qua ſoli xp̄o cõmoriãmur. p̄ſurgamus. ⁊ p̄regne/
 mus. p̄ infinita ſeculoꝝ ſecula Amen.

¶ Finis.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Et
tis
mo
lig
spic
hoc
syd
mu
no
pne
rib
ber
tur
ne
fan
ren
fan
det
tat

M
rob
bus
luis
re h
toe
reli